

9

9.

PROPOSITIONES DE ORIGINE
ET CAUSIS SUCCINI
PRUSSICI.

CASPAR PEVCERVS.



VVITTEBERGAE
EXCVDEBAT IOHANNES
CRATO.

ANNO M. D. LV.

Leoufaort. XVI. 129.
Föhner IV. 2. 468.

DE SVCCI NO PRVSSIACO.



I
SVCCINVM à succo latini:
Græci ἰλεκθρον ἢ ἄπραγα, quod atritū calefactum trahat ad se paleas & res alias minutas ut Metallorum limatorum scobes & folia ocymī: Arabes Caraben & Ambar, sed differenter, Caraben fossile succinū, quod ex perfossa terra erueretur, quasi **קנה קנה** id est lapidem fossilem ob duriciem, Ambram uero seu Ambar alterum quod ex aquis extraheretur, quasi **קנה נים**, à uerbo **קנה**, quod mutare significat, tanq̄ in mari non natū quidem, sed mutatum & absolutū nominarunt, uel ab **קנה** quæ uox bitumen significat, Nam & effoditur quandoq; succinū, nigrum copiosius, flauum albumue aut pellucidum rariū, quod si in terra concreuit ex coagulato bitumine, bitumen
A ij durum

durum uerius quam succinum censi
feri potest. Germani ueteres Gles-
sum à uitri perspicuitate, quæ ali-
quot generibus inest: Nostri tum
Burnstein quod incensum ardeat &
ad suffitus ciendos usurpetur, tum
Agstein antiqua Gagatis appella-
tione nominarunt. At Gagatis appella-
tio eadem est cum Hebræa uoce
גַּגַּתִּים, in sacris literis gemmæ pre-
ciosæ tributa, quæ à uerbo גָּבַהּ de-
riuada, significat quiddam laqueo aut
reticulis captum, ut nostrum succi-
num Sudinos piscari constat.

II

Est autem nec δάκρυον, nec ρητίνη,
nec κομμί, uel Populi uel Pini, uel
Cedri, uel ullius arboris, ut existi-
marunt aliqui, sed succus concretus
ex bitumine, quod tum Asphaltum
uel ob tenacitatem ab ἄσφαλτος, uel
ut potius reor hebræo nomine ab
שֶׁפֶלֶט & נֶפֶשׁ, quasi mirandum uel
occultum ignem, orta adpellatione
à lacu

à lacu Asphaltite in Iudea, qui bitu-
men copiosum & optimum gignens
ac reuomens certis anni temporis
bus, perpetuo calet fumatq; aut pro-
pter bituminis mirandam proprie-
tatem, quod incensum si aqua asper-
gatur non restinguitur sed uehemen-
tius exardescit: tum קוֹפֵר uoca-
runt, à uerbo קָפַר, quod illinire
significat, quod ob lentorem & tena-
citatem in compingendis glutinan-
dis & obliniendis nauium tabulis,
aut tignis lateribusq; ædificiorum
magnus eius usus fuit. Arabes hanc
retinuerunt appellationem & suo
tribuerunt natiuo bitumini Cam-
phoræ uel Caphuræ, quæ à nostra
facticia plurimum differt. Videturq;
Asphaltum concreti & duri: Caphu-
ra liquidum bituminis nomen fuisse,
siquidem ferè Græci absolute ἄσφαλ-
τος durum bitumen, Liquidum uero
ἄσφαλτος υγρόν nominant.

III

Origo nostri Succini & eius
A iij præ

præcipue, quod Prussiaicum fundit ac suppeditat mare, neq̄ è terra est aut littoribus Prussiacis, neq̄ è maris fundo, sed à terris litoribusq̄ Prussiae ab occasu oppositis, Suecico nimirum aut Dacio uel utroq̄.

III

Nam flatu Fauonij, aut Cori, aut Thrasicae uentorum mari uehementius commoto & agitato ab his littoribus ad Prussiaicum prouoluitur atq̄ appellitur fluctibus. Nec nisi his flantibus uentis capitur. Ergo ut prope horum littorum alterum uel utrumq̄ nascatur, concresecat atq̄ ad densetur, necesse est.

V

Porro Sueciam abundare tum sulphuris, bituminis, quod instar limi crassiusculum est, ac metallorum, ut argenti, æris, plumbi & ferri uenistum ignibus subterraneis, quos sulphuris & bituminis uenae incensa exci-

excitant & alunt, & calore plurimo, quem terræ sulphurea ac bituminosa temperies fouet, auget uero ἀντιπερσασίε, frigoris maioris ac diuturnioris in illis locis maxima anni parte paucis mensibus æstiuis exceptis, quod poros in terræ superficie constringit calore concluso, prohibetq̄ liberam expirationem resolutorū calore halituum. Daciam autem liquidum bituminis copiosis riuis effluere, quod incolæ haustū collectum uel coquant in cacabis æneis, donec crassecat & paulo plus lentescat, certum est.

VI

Talis est ergo temperies terræ utriusq̄ Suecicae & Dacicae, pinguis, lenta, uiscida, calida, quæ calore intraneo ac concluso igniumq̄ æstu cocta exudat ac remittit liquorem lentum, tenacem, pinguem, uiscidum, sequacem, qui aut sponte cum ob tenuitatem aqueam liquidior & fluidior

fluidior est, fertur ac decurrit per decliua: aut si crassiusculus est, uel tardius deuoluatur, uel ubi sponte non fluit, trahi tamē produciq; in immensum ob lentorem glutinosum potest, mediocri calore fatus .

VII

Si uel ē fundo maris Prussiāci scaturiret atq; efferretur, uel ē terrā Prussiācā manaret atq; erumperet littoribus alluione cauatis, bituminis certe aut cognatorum succorum reperirentur uenā alicubi, uel fontes sese ostenderent, uel ā fontibus orti ac propagati profluerent riuū . Deniq; non cum fluctibus appulsi maris ab occasu ad uolueretur, & littori allisum fluctibus recedentibus in fundo relinqueretur ac subsideret.

VIII

Est ergo succinum (ut de Prussiāco dicam, quod & nobis præcipue cognitum est, & præcellit cœteris

ris & maiore ibi copia excipitur, quam in Europa reliqua) illud inquam succinum ex succo est bituminoso, lento, uiscido, tenaci, calido, qui in Daciā aut Sueciā eminentioribus locis elicitur calore intraneo ē terra, cuius est temperies talis, ut diluta aquis idonea sit gignendis edendisq; coctura talibus succis discrimine multiplici & uario, pro ut materia & melior est puriorq; aut tenuior & crassior, & calore subigitur elaboratur & decoquitur perfectius .

IX

Hic succus, ubi excidit ē terra ceu cocta, protinus pondere & liquiditate repens deorsum deriuatur ac distribuitur in proximos alueos, indeq; per laxos patentēs & decliues canales (qualibus crebrioribus & amplioribus maritimā terrā pertusæ sunt omnes, quam ā mari remotiores) ex scopulorum editioribus cauernis delabatur ad loca humiliora

& littoribus contigua, ea serie, ut præcedat aqueum quod primo extillat: subsequatur medium ex aqueo terreoque confusum, quod calore ex aquea materia cum terrea fortius permixta exprimitur: ultimo exeat crassius, quod & tardius prorepit. Et horum quodque non una specie sed uaria ac differente secundum coctionis gradus editur.

X

Tandem in mare uel sua sponste, præsertim quod liquidius est, extillat, uel copia succedentis urgentisque succi protruditur atque egeritur, uel infusi ac regurgitati Eurypii instar maris impetu abripitur atque educitur.

XI

In mari demum uertitur in succinum. Frigiditate enim maris sistitur, densatur & coagulatur. Salsedine alteratur, quæ & sordes exterit, erodit

erodit, absummit atque abluit, & reliquas partes ceu maceratas attenuat ac dealbat in crasso terreo, in pellucido aqueo auget & illustrat perspicuitatem. Constat enim succinum omnine crassius terreum albescere & candidius reddi, marina si paulo diutius maceretur aqua. Quod si in durato iam succino salsedo aquæ marinæ hoc efficit, quanto in molli & liquido id magis præstabit. Denique ea concreti & formati succini species, quæ uisitur uaria & multiplex, à frigiditate est & salsedine maris.

XII

Fieri aurem ex hoc liquido bitumine & perfici in mari succinum argumento est, quod cum duro succino massæ, tum simplices, bituminis mollis, nigri, glutinosi, pinguis, fluidi, tractu nitentis ac pellucens, tum compositæ ac coherentes, partim nigrae, molles, parum à fluido differentes, ceptæ cogi atque immutari, partim

tim duratæ iam & ferè mellei succi-
ni colore tinctæ aut pallidiore ali-
quantulū reticulis educuntur. Quas
les ex Prussia attulit ad nos Doctissi-
mus uir Iohannes Pontanus Artis
Medicæ Doctor.

XIII

Et uix aliam ob causam rarius
candidum capitur, quam quod & ma-
teria rarius coctionem adipiscitur
exactissimam, et ubi effluxit in mare,
tam diu ibidem non commoratur, ut
summa albedine exactissime immu-
tatum tingi queat.

XIII

Nec uideo, quæ alia possit reddi
ratio leuitatis & soliditatis in candi-
do succino, quam quod & coctione
summa elaboratum fuit bitumen ip-
sum primo perfectissime, & post mo-
ra longiore crassas & impuras feces
adhuc reliquas acredo & falsedo ma-
ris erosas atq; attenuaras dealbauit,
atq; ita tenues partes probe expur-
gata

gata ac depurata propius coierunt
frigiditate maris coactæ atq; com-
pressæ.

XV

Perspicua est etiam ex his ori-
go animantium, quæ massis succini
pellucidi inuoluta cernimus atq; in-
clusa. Multum est culicum, musca-
rum, uermium, & similibus, quorum
è putrido origo est, circum aquas &
in subterraneis specubus perpetuo.
Hæc animantia uel fluenti per exca-
uatos canales massæ liquidæ bitum-
nis inhoerescere, uel effusæ ac fluitan-
ti, priusq; coalescit, insidere atq; im-
plicari prorsus mirum non est. Nec
animantia solum, sed terræ, lapidum,
harenarum particulas, aque guttulas,
plantarum folia, ligni ramenta, imo
& Melantheriam succinum com-
plexum uidimus.

XVI

Vt autem bituminis aliud ge-
nus concretum est & durum, quale
lacui

lacui innatat Asphaltiti, & effoditur multis in locis, aliud liquidum prorsus aut molle sed fluidum tamen : utriusq; gradus & differentia plures; sic nostrum hoc succinum ex liquido fit molli & fluido, cum id in mari ut diximus consistit ac durefcit. Quod si eximatur ex aqua, priusquam concreuit, aeris frigiditate quidem tum coit ac crassescit, tum duratur instar picis, sed adeo leuiter, ut modico tepore continuo fundatur ac diffuat. Imo quandoq; si nihil adhibeatur fomentum calidum, fluit tamen, quanq; tardius, inclinatio in praecipitium vase quo continetur. Aquae marinae frigiditate fortius multo ac ualidius coagulatur ac uelut congelatur Crystallosum modo, ita ut calore solo mollescat tantum aliquantulum non liquefcit, igne uero aut calore forti atq; intenso liquefcit & soluatur.

XVII

Non

Non esse succum ullius arboris hoc bitumen, quod nostri succini materiam statuimus, plane conuincit haec ἑσφοδρατος ἕρπας ex qua coalescere succinum ostendunt imperfecte ex ea formatae massa. Prorsus enim in ea nil, quod arborum succis commune uel proprium est : omnia quae bituminis sunt manifeste apparent. Et suffragantur reliquae notae in succino ipso sensibus obuia, odor bituminis ex attrito aut incenso succino, flamma ardentis, colorum discrimen maxime uarium, uires & qualitates bituminis adeo uicinae & similes uulgo uocato oleo Petroleo & liquido bitumini Dacico, ut uix discerni possint.

XVIII

Concreti bituminis genera coagnata succino uariae terra eruuntur, in alijs locis alia, quorum quaedam tam expressam succini speciem praefecerunt, ut pro eo probari facile possint,

possint. A ueteribus recensentur
 Thracius lapis, obsidianus lapis, ter-
 ra ἀμπελίης & φαρμακίης, quæ à Car-
 bonibus Theophrasti non differt,
 quales effodiuntur ad Cycneam ex
 monte subius ardente in aditu mons-
 tium quos Ptolemæus Sudetes nomi-
 nat, ubi Metallicæ uenæ Mysorum
 ineunt.

XIX

A sulphure toto genere differre
 cum hæc quæ commemorata sunt
 indicant, tum fontes uarij coloris bi-
 tumen effundentes, & quæ ex duro
 succino artificiosa coctura liquefa-
 cto dissolutocq; eliciuntur, diuersa qui-
 dem inter sese, qualitatibus tamen
 succini prædita omnia, Oleum scilicet
 cet duum generum, Vnum feculen-
 tius, purpurei coloris, nitidum, mix-
 tum fecibus, Alterum purum & pel-
 lucens succini colore: Bitumen nis-
 grum fecis instar subsidens, quod at-
 tritu purpurascit: Cineres nigri: Et
 quod

quod salis specie candicat, incen-
 sumq; cum flamma euolat & eua-
 nescit.

XX

Liquidum & molle bitumen
 ex quo succinum in mari concre-
 cere diximus, ferè aut nigricat uel
 atra & nitente nigredine uel remis-
 siore: aut flauet pleniore itidem ac
 ceu purpurascente, uel dilutiore fla-
 uedine: aut colorem aquæ uel puræ
 uel in cœruleo aliquantulum fuscæ
 refert: aut confusum ex mixtione hæ-
 rum specierum colorem ostendit.
 Primum crassius, compactius & ma-
 gis terreum est, discrimine multipli-
 ce, & uisui non peruium. Alterum
 tenuius quidem est, rarius, aqueum
 magis ac dilutum, perspicuum, ceu
^{περιθιμια} crassioris: tinctum tamen
 purpureo flore crassioris, unde ful-
 uum colorem adipiscitur ac radian-
 tem, aut luteum uel flauum, & consis-
 tentia ad terreum proprius accedit.

B

In

In tertio aquea natura terream uincit. Vnde aqueam perspicuitatem habet, Quartum ut colore, ita consistentia medium est. Discrimina illa parit subiectæ materiæ & coctionis diuersitas. Materia terrea, crassa, elaborata plus minusue, obscurum & solidum: Tenuis, aquea, primo extillans ac defluens, dum crassa coquitur ac cum humido aqueo permiscetur, & tenue & pellucidum gignit bitumen, quale à Babylonijs Naphatam uocatum legimus per literarum Metathesin à uerbo **נפא** quod stillare significat & fluere.

XXI

Omne tamen pingue est, lentum, pertinacissime adhærens, nitens, & cum fuso dilatatum uel luci obuertitur perspicuum, atq; colore uel flauescens, uel **ωορφυροειδὲς σίλωρ**, ut de bitumine Iudaico Dioscorides inquit, uel nigricans, uel pallens aqueo pallore diluto nigredine cærulea.

Cons

XXII

Concreti ex eo bitumine & absoluti succini colores uariant, crassioris presertim & obscurioris, quos in liquido bitumine falsedo aquæ marinæ mutat, dum id cogit & addensat. Tardius enim crassum coit et coagulatur ob tenacissimum lentorem & cohesionem partium pertinacissimam. Citius aqueum spissatur. Suntq; colores extremi albus & niger. Medij uarij & differentes.

XXIII

Album succinum omne & nigrum, quorum aliud plus, minus aliud candicat aut nigricat, etsi nitet, solidum tamen est & obscurum, non perspicuum aut **διαφανές**. Fitq; ex bitumine crassiore & nigricante, Album ferè in mari tantum, Nigrum quod uetustas Gagaten appellauit in terra, etsi & aquis marinis innatare quibusdam in locis scribitur. Videturq; succini appellatio tris

B ij buta

buta esse proprie candido succino & reliquis speciebus mediorum colorum, quas ferè mare fundit coagulas ex bitumine, quod è uicinis terris influxit: Gagatis uerò nigro, quod magna ex parte fossile & uerius bitumen durum quàm succinum est.

XXIII

Reliqua genera luteum, fuluum, purpurascens, in nigro purpureum, in nigro cœruleum, gradibus multiuarijs colorem referunt. Sed ex fuluis, luteis, falernis, purpurascens, quædam pellucet grata perspicuitate, ut quod *βαλον* Græci uocant & *χρυσήλεκτρον*. Item quod Sualternicum Scythæ nominasse scribuntur. Quædam densa & obscura sunt.

XXV

διαφανές omne ex bitumine tenuiore, aquoso & perspicuo, quod quasi colamen esse diximus crassioris:

ris: obscureum ex crassiore fit & terreo. Vtrumq; aquæ marinæ frigiditate & falsedine absoluitur, Nitro in omni succino à pinguedine, est & uisciditate bituminis.

XXVI

Præstat tamen crassum & obscureum omne aqueo perspicuo cum odore tum uiribus, etsi *διαφανές* specie pulchrius est. Et de obscurei succini generibus tantò quodlibet melius, & efficacius, quantò ad summam albedinem colore: soliditatem exactam partium continuitate accedit propius: quantoq; minus lentæ, uiscidæ, & crudæ materiæ reliquum habet, quam diuturnitate temporis si in mari diu hæreat acredo falsedinis marinæ absummit & corrigit. Est enim candidum omne inter obscurei succini genera solum magna ex parte *ὁμοιομερές*. Reliquæ species colore uariantes *ἀνομοιομερές* sunt.

XXVII

B ij Hæc

Hæc de Europæi succini origine & causis diuinare nobis licuit ex illis quæ explorata certò & cognita habuimus. Indicum Europæo citra controuersiam præstat cum alijs de causis, tum quod & terræ quæ bitumen fundunt, & maria quæ effusum excipiunt directorum radios rum Solis ardore perpetuo coquantur & alterantur plurimum.

F I N I S.



Univ. Bibl.
München